



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

Titvlvs VII. De his, quæ fiunt a maiore parte Capituli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

consensu valet; cum de iure communi nullam ipsi admittationem habeant, sed tota potestas administrandi spiritalia, & temporalia penes Abbatem sit, c. Nullam 18. q. 2. & c. edoceri. de rescript. dummodo non sint diuisa bona inter Abbatem, & conuentum.

DECISIO III.

Ex cons. 2. alias 36. de regular.

PROfessionis receptio facienda in manibus Capituli Ecclesie cathedralis Regularis, & ipsiusmet Episcopi, in manibus Capituli facta, Episcopo nolente illam recipere non valet; cum iura, c. porrectum, c. ad Apostolicam, & c. Ioannes, & c. sane, de Regula, tractantia de persona, quae potest recipere possessionem communiter de Abbate, nunquam autem de conuentu loquantur; unde licet superior renuens facere quod debet, ad id per superiorem cogi poterit, ab inferiori tamen illud fieri non potest, nisi in casibus iure expressis, ca. Nullus, de iur. patr. Pan. & Fel. ibi, ca. pastoralis, de off. ord. Et consequenter licet Episcopus compelli potest ad suscipiendam professionem Nouitij, tam ad ipsam, quam ad Capitulum pertinentem, non potest tamen a Capitulo, quod non est superior eius, id fieri, quod ipse facere tenebatur.

TITVLVS VII.

De his, quae fiunt a maiore parte, Capituli.

S Y M M A R I U M.

1 Concilium Generale Papa refragante nihil statuere potest.

DECISIO I.

Ex cons. unico in vtrisque.

QVamuis Papa refragante, Concilium Generale nihil statuere potest. Arg. ca. significasti, de elect. sed aliorum omnium, qui in Concilio sunt sententiae Papae sententia praesertim, eo quod Concilio Papa ut persona praesit, in qua tota potestas ecclesiae residet, ita quod solus possit statuere, quicquid cum Concilio possit, cuncta per modum, & c. per principalem 9. q. 3. Prouinciale tamen Concilium contradicente Archiepiscopo, aliquid decernere valet, eo quod Archiepiscopus Concilio Prouinciali praesidens, non a se illam potestatem solus habet, sed vna cum suffraganeis collegialiter: quae autem ab aliquibus collegialiter aguntur, ex maioris partis sententia terminantur Gl. & DD. in c. cum omnes, de cost. Qua de causa collatio pertinens ad Episcopum, & Capitulum ab Episcopo cum aliquo canonicis sui Capituli facta non valet, si maior pars ei contradicat; Sicut etiam in receptione Monachorum spectante Collegialiter ad Abbatem & Capitulum, ita quod Abbas non nisi vnam vocem, seu suffragium habet, maior pars eorum minori praesertim, et si in ea Abbas fuerit. Arg. c. 2. Ne sed. vac. in 6. & c. si. de Regul. in 6.

TITVLVS VIII.

De rebus Ecclesiae alien. vel non.

S Y M M A R I U M.

- 1 Instrumenta antiqua causa inuenta, si alicuius res tangant, tutius est reuelare, quam occultare.
- 2 Episcopus de fructibus fabricae vnius Ecclesiae superfluis, fabricae alterius Ecclesiae pauperis assignare nequit.
- 3 Alienans res Ecclesiae sua sine iusta causa, & solemnitate peccat, & penas incurrit.
- 4 Excommunicatus quando sit locans bona Ecclesiae ad longum tempus.
- 5 Abbas quas arborum sine conuentu, aut panis alienare potest.

- 6 Episcopus beneficii perpetua, manum alienare, & extinguere potest.
- 7 Diuisio honorum Monasterij per Abbatem, & Conuentum facta valet.
- 8 Abbas exemptus, an res ecclesiae alienare possit.
- 9 Contractum faciens circa res ecclesiae, referens a voluntate Papae, an censuras incurrat.
- 10 Vnum beneficium alteri, statum suum non mutat.
- 11 Emphyteuticus pro adijs ecclesiasticis dirutis, cui solui debet census soluitur.
- 12 Locans res ecclesiae, quando incurrit excommunicationem.

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 16.

INstrumenta antiqua causa inueniens si alicuius res, maxime vero Ecclesiae vtilitate tangant, quo minus bonis, & redditibus alienentur, tutius est reuelare, quam occultare, cum inueniens rem, aut sciens illam ad alium pertinere, restitutus, & reuelare obligatur, c. Si quid inuenisti. 14. q. 6. & c. qui cum fure, de furt. & restitutus in integrum ignorantem, praesertim Ecclesiae contra praescriptionem datur, c. vigilanti, de praescrip. Fel. ibi.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 15.

EPiscopus, licet ex causa ecclesias duas vnire, aut vnam in duas diuidere, c. vno, 10. q. 3. & c. figur vnire, de excess. prelat. & c. iam auctoritatem impartiri permittendi vnam ecclesiam cum altera, duobus habentibus, illas, c. Questum, de tertum permitt. & c. si. de. in. 6. & pensionem super beneficio vnus ad alium clericum pauperem sustentandum imponere, c. Nisi, c. extirpanda de preb. & Canonicos ad contribuendum reparationi ecclesiae suae cogere, & etiam canonicorum suorum prebendas pauperes & redditibus beneficiorum episcopatus sui augere possit, c. exposuisti, de preb. & ibi Panor. De superfluis tamen fabricae vnius ecclesiae, aliquid fabricae alterius ecclesiae pauperis carentis fabricae sufficienti ad parietes eius reficiendas, & ad ornamenta emendanda, sine auctoritate, & licentia Papae assignare nequit; cum hoc nullo iure concessum esse constet, praesertim cum semel donata, data, & relicta fidelibus in suarum ecclesiarum vtilitatem, & vnum vsum pium, ad alium etiam pium, tam iure antiquo, c. 12. q. 1. Clem. quia contingit, de relig. dom. & glo. ibi. quam nono Concilij Tridentini sess. 7. c. 17. de ref. & sess. 22. c. 8. de reformatione, applicari non possint sine auctoritate Papae, qui non facile eam euilbet Episcopo impartiri solet, etiam in casu licito, faciendam, cum etiam alienationem rerum ecclesiae suae, in casu huiusmodi, Episcopo non concedit, nisi se prius consulto Pius II. Extrau. 1. de reb. eccl. non alien.

DECISIO III.

Ex cons. 3. & 5. alias 18. & 4.

RES ecclesiae suae sine iusta causa, & debita solemnitate alienantes, quam alienatas recipientes peccant, & penas iuris, c. Si quis presbyterorum, de reb. eccl. non alien. & extra. 1. tit. eo. & cap. sine except. 12. q. 2. excommunicationem sentiet, & privationem beneficiorum, quae habent in ecclesijs, quorum bona alienauerunt, si inferiores Episcopis, vel Abbatibus fuerint, ipso facto incurunt; adeo ut pena, quas ipso iure incurrerunt, nec debent, nec possunt iudicem minui propter integrationem, & restitutionem bonorum, ob quam alienationem penas praefatas incurrerunt, cum aliud sit restitutio damni, & aliud pena, quae malefacienti a iure, vel ab homine imponi solent, licet canon, & ca. commissi, de elect. in 6. fecus autem si res ecclesiae iusta de causa, & seruata forma debita alienauerunt, tunc enim neque peccatum aliquod committunt, nec vllam censuram incurrunt, capit. Sine cessione 22. quaest. 2.